V
9
5680

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-43316-p0001-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-43316-p0002-7

Dk. 190. 67. 7
Vg 5680

I. N. D. N. I. C.

# DISPUTATIO THEOLOGICA De BENEFICIIS MAGISTRATUI POLITICO B. Lutheri Miniſterio exhibitis

QUAM

*Auſpiciis Regis Regum & Domini Dominorum*

PRÆSIDE

*VIRO Plurimum Reverendo, Ampliſsimo atquè Excellentiſsimo*

D. BALTASARE BEBELIO,
SS. THEOL. DOCTORE, EIUSDEMque in Alma Argentoratenſium Academia Profeſſore Ordinario, Celeberrimo, & Facultatis Theologicæ h. t. Decano Spectabili, Domino Patrono, Præceptore, & Fautore ſuo omni honoris & obſervantiæ cultu æviternum proſequendo,

*Publice ventilandam proponit*

HENRICUS WISMAN, è diſtr. Bochum. Ummingâ Marco-Gueſtphalus.

*Ad diem      Decembris h. l. ſ.*

*ARGENTORATI*
Literis JOHANNIS WELPERI.
ANNO M. DC. LXVI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-43316-p0003-2

*Nobiliſſimis, Ampliſſimis, Eminentiſſimis, Pietate, Auctoritate, Prudentia*

DOMINIS CONSULIBUS

Cæterisque Inclytæ Reipublicæ

# HATTNEGANÆ

DNN. SENATORIBUS

Dnn. Mecænatibus, Promotoribus ac Fautoribus ſuis ſingulariter honorandis.

UT ET

*Viris Plurimum Reverendis atque Doctiſſimis*

Dn. CONRADO WISMAN, Eccleſiæ Patriæ Paſtori fideliſſimo, Patri ſuo Filialis obſervantiæ cultu æternum devenerando.

Dn. JOHANNI THEODORO KLEIN, Eccleſiæ in Eckell Paſtori Vigilantiſſimo, Fautori ſuo jugiter ſuſpiciendo.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)
BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

*Corporis & animi felicitatem precatus exercitium hoc Academicum in ſui ſuorumq; ſtudiorum commendationem ſacrum eſſe voluit*

Henricus Wisman.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-43316-p0004-7

# I. N. D. N. I. C.

## *Proœmium.*

MIſerrimam Magiſtratuum etiam ſupremorum ſortem fuiſſe ſub Papatu quondam, omnium optimè expoſuit B. noſter Lutherus T. V. Jen. Germ. f. m. 148. in præfatione Pſalmo LXXXII. præmiſſa. Sic enim ſcribit: Vorzeiten da Bäpſte / Biſchoffe / Pfaffen vnd Münche / in ſolchem Regiment ſaſſen / daß ſie mit kleinen Bannbrieffen Könige vnd Fürſten zwingen vnd treiben kundten / wo ſie hin wolten / ohn alles widerſetzen / oder gegenwehre / ja daß Könige vnd Fürſten keinem Münche oder Pfaffen / wie geringe derſelbige Brodwurm war / durfften ein har krümmen / muſten ſie darüber das leiden / daß ein grober Eſel auch auff der Cantzel möcht König vnd Fürſten außfiltzen / vnd ſeine luſt an jhnen büſſen nach allem muthwillen / vnd ſolches muſte dennoch geprediget heiſſen / dawider niemand mucken thurfte / vnd lag Weltliche Obrigkeit gantz vnd gar vnter den geiſtlicheu Rieſſen vnd Tyrannen / daß ſolche loſſe grobe Leuthe mit füſſen vber ſie her lieffen / ſo mächtig herrſchete der einige Canon, ſi quis ſuadente: dazu kein verſtand noch vnterricht vorhanden war / was Weltliche Obrigkeit / vnd wie weit ſie vom Geiſtlichen Regiment geſcheiden were. Daher ſich

die Weltlichen Herꝛen nirgend wuſten an den Geiſtlichen zu rechnen / denn daß ſie jhnen auß dermaſſen feind wahren / jhnen vbel nachredeten / vnd wo ſie kundten / heimliche tücke beweiſten / oder durch die finger ſehen / daß andere theten. Confer. T. V. Jen. Germ. f. 2. Comment. in Daniel. præfat. & f. 288. in der Warnung an ſeine liebe Teutſchen. In quibus verbis Megalander exponit incredibilem ordinis, quem vocabant, ſacri inſolentiam & tyrannidem adverſus politicum, ne Cæſaribus quidem & Regibus exceptis; ſimul indigitat nervum Tyrannidis, nempe abuſum clavium, quibus ſupremos Magiſtratus ligabant, non modo Spiritualem ipſis communionem denegando; ſed & politicam intercipiendo; idque faciebant non pontifices modo, ſed & infimi quique & leviſſimi Monachi; neque id intra privatos parietes, ſed palam pro ambone: Quod hic remedium mali? nullum omnino; Ringebant quidem politici, at non audebant vel animum prodere, vel Pontifices cum ſuis in ordinem redigere. Cauſſam timiditatis innuit Lutherus fuiſſe ignorantiam ordinis ſive politici, ſive Eccleſiaſtici, vera utriusque doctrina vel occulta, vel corrupta. Nun aber / pergit Lutherus, das Evangelium an tag kommen / vnd klärlich vnterſcheid gibt zwiſchen weltlichem vnd geiſtlichem Stande / vnd lehret darzu / daß weltlicher Stand ſey eine Göttliche Ordnung der jederman gehorchen / vnd ſie ehren ſolle. Da ſind ſie frölich worden / daß ſie loß vnd frey ſind / vnd die geiſtlichen Tyrannen die pfeiffen einziehen müſſen / vnd ſich das ſpiel gleich vmbkehrt / daß jetzt wiederumb Bäpſt / Biſchöffe / Pfaffen vnd Mönche müſſen die Fürſten vnd Herꝛen / vnd den Adel fürchten vnd ehren / geben vnd ſchencken / faſten vnd feyren / vnd faſt wie jhre

Götter / zu füſſen anbetten. O das kützelt ſie ſo wohl/ daß ſie auch ſchier nicht wiſſen wie muthwilliglich ſie ſolcher gnaden vnd freyheit mißbrauchen wollen. His verbis idem explicat metamorphoſin ſe reformante factam, utpote quod inverſa rerum facie Pontifex cum ſuis Politicum ordinem venerari didicerit. Cauſſam etiam exprimit, nempe ſanam doctrinam; ex qua conſtet, quod ordo politicus non minus divinus ſit, quam Eccleſiaſticus, & ſua quoque jura divinitus conceſſa habeat, quibus adverſus ſacrum, ſuis limitibus circumſcriptum, uti poſſit. Ingens hoc beneficium eſt, quod grata & memori mente tenendum & deprædicandum, ne noſtra ingratitudine & oblivione indignos nos eo præſtemus. Cum vero non omnibus vacet momenta huc facientia ex vaſtiſſimis hiſtoriarum monumentis legere, vel colligere, viſum eſt ſummam rei in compendio exhibere, ut ſine longi temporis jactura, vel moleſtia legi & cognoſci poſſint. Dico *ſummam rei*, neque enim omnia, quæ argumenti gravitas meretur, huc congeremus, ne Jliadem ſcribentes, terminos exercitiorum Academicorum, & deſideria Dn. Reſpondentis transgrediamur, alibi plura dicturi. *Atqui hoc ipſum*, Vincentii Lirinenſis utor verbis, *idcirco præmonui, ut ſi forte elapſum nobis in manus ſanctorum devenerit, nihil in eo temerè reprehendant, quod adhuc videant promiſſa emendatione limandum*. Deus, qui fons eſt, unde omnis poteſtas in homines, ſuos miniſtros, derivatur, adſpiret cæptis noſtris, & ad exoptatum finem perducat!

## TRACTATIO.

§. 1. QUoniam beneficia ſibi collata non ſatis æſtimat, niſi ille, qui incommoda iſtis adverſa vel ipſe ſenſerit, vel certe alio

quocunque modo intellexerit, ideoque operæ precium erit præmittere incommoda ſub Papatu olim accepta, ut beneficia doctrinæ Lutheranæ accuratius agnoſcamus, & æſtimemus. Ad duo igitur capita rei ſumma poterit revocari, quorum prius exponet, quæ fuerint ſub Papatu cum dogmata, tum exempla iſtis conformia, & remedia incommodis tollendis adhibita; poſterius autem declarabit meliorem B. Lutheri doctrinam, & fructus inde enatos adeoque remedia iſtis feliciora. Dogmata primum habebunt locum, exempla vero ſecundum, ut præcidamus effugia adverſariorum, negantium, exemplis ſtandum eſſe. Ut igitur fateantur etiam exemplis ſtandum eſſe, ubi ſunt conformia doctrinæ in vulgus receptæ, ideoque præmittamus eam ipſam doctrinam, quæ à nemine verè pontificio poteſt repudiari. Neque enim nobis jam res erit cum frigidis, vel tepidis papiſtarum, ſed cum iis, qui mentem & ſenſum Eccleſiæ ſuæ intelligunt, & ſectantur; Hoc fine ea literarum monumenta ut plurimum allegabimus, quæ à nemine pontificio negari poſſunt, puto ipſorummet pontificum maximorum decreta, ſicut in Jure Canonico habentur, vel certe eo referenda ſunt. Remittit nos eo ipſe Lutherus t. VI. Jen. Germ. f. 493. cum verba facit contra donationem Conſtantini Magni, & omnipotentiam papalem: Confer & t. I. Jen. Latin. f. 314. Edidit ſuperiori ſeculo Gregorius XIII. Pontifex jus canonicum, eo fine, *ut omni ſtudio diligentiaque omnes Chriſti fideles, his præſertim tam gravibus, calamitoſisque temporibus, in Catholica fide contineantur.* Hæc enim verba Bullæ ſunt editioni præmiſſæ. Ipſe liber præter alia continet etiam ſummorum Pontificum reſcripta & decreta, de quibus magnifice, & adeo ſentiunt, ut nullo prætextu eludi poſſint. Agatho citatur diſt. XIX. c. Sic omnes, in hæc verba omnibus Epiſcopis ſcribens: *Sic omnes Apoſtolicæ ſedis ſanctiones accipiendæ ſunt, tanquam ipſius divini Petri voce formatæ ſint.* Et Gregorius IV. C. nulli, ſic ſancit. *Nulli fas eſt vel velle, vel poſſe transgredi Apoſtolicæ ſedis præcepta, nec noſtræ diſpoſitionis miniſterium, quod veſtram ſequi oportet charitatem.* Loquuntur de *omnibus* Apoſtolicæ ſedis ſanctionibus, ſive corpori juris canonici ſint inſertæ, ſive nondum; Ita diſertè explicante Nicolao P. R. ad Archiepiſcopos & Epiſcopos Gallicanos: quæ habentur l. c. ſic autem ſonant: *Si Romanorum Pontificum decreto &c. Si Vetus & Novum Teſtamentum ſunt*

*ſunt recipienda, non quod Codici Canonum ex toto habeantur annexa, ſed quod de his recipiendis ſancti Innocentij Papæ prolata videatur ſententia, reſtat nimirum, quod decretales Epiſtolæ Romanorum Pontificum ſunt recipiendæ, etſi non ſunt codici canonum compaginatæ, quoniam inter ipſos Canones unum B. Leonis Papæ capitulum conſtat eſſe permixtum, quo ita omnia decretalia conſtituta ſedis Apoſtolicæ cuſtodiri mandantur, ut ſi quis in illa commiſerit, noverit ſibi veniam denegari.* Diſerta Pontificis verba ſunt, *quod decretales epiſtolæ Pontificum Romanorum ſint recipiendæ, etſi non ſint Codici Canonum compaginatæ.* Quam ipſius ſententiam ſuam fecit Sylveſter Prierias quondam ordinis prædicatorum S. Theologiæ Profeſſor, & Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter, in ſuo, quod barbare vocavit, breviſſimo epitoma, apud Luther. t. 1. Jen. Lat. f. m. 64. c. 9. §. 4. Aſſerit enim, *quod decretales epiſtolæ Romanorum Pontificum, etiam non editæ in Concilio, nec Corpori Iuris inſertæ, & etiam omnes ſanctiones ſuſcipiendæ ſint ab omnibus, & executioni mandandæ.* Habemus igitur ſententiam Magiſtri Palatii Apoſtolici. Allegabimus igitur in ſequentibus etiam ea Pontificum Romanorum diplomata, quæ in magno Bullario Romano leguntur. Angelus quidam Maria Cherubinus, Monachus Caſinenſis, decreta Pontificum, etiam corpori Canonico non inſerta, collegit in ſuo Bullario, & collecta Urbano VIII. P. R. dicavit, ejuſdemque auſpiciis & privilegiis munitum edidit Romæ, anno hujus ſeculi Trigeſimo Octavo. Hoc vaſtum opus ſuppeditabit argumenta, quibus ad ſcopum noſtrum aſſequendum feliciter utamur. Si quid porro teſtimoniorum acceſſerit, ex iis petitum erit auctoribus, qui vel ante Lutherum fuerunt, vel certè à Lutherana religione abhorrent, ne habeant Pontificii effugium & colorem argumenti eludendi.

§. II. Diximus de principio, unde ſententia Pontificiorum, & ipſa etiam praxis æſtimanda eſt. Alia autem ratio eſt principii κατ' ἀλήθειαν judicandi, hoc unum & ſolum eſt verbum Dei, unde de ſtatu utroque Eccleſiaſtico & Politico cenſendum eſt. Hoc principium ſedulo inculcat B. Lutherus t. 2. Jen. Germ. f. 190. ſeqq. tom. IV. f. 37. ſeq. ubi inter alia Lutherus etiam Magiſtratus Politici meminit, quo modo ex 1. Tim. 1. ſuam conſcientiam informare, & quietam reddere poſſit. Verba adſcribam; Nam inſignia ſunt. Præmiſerat quæſtionem: Womit wird aber das Hertz rein? Antwort/

wort / es kan nicht beſſer rein werden / denn durch die höheſte Reinigkeit / welches iſt Gottes Wort / das faſſe ins Hertz / vnd richte dich darnach / ſo wird es rein. Deſcendit deinde ad ſingulos humanæ vitæ ſtatus, ut eſt etiam ſervorum. Subjungit de Magiſtratu, quæ huc faciunt. Alſo ein Herr / oder Fürſt / vnd wer zu regieren hat / der alſo dencket / das Regiment hat mir GOtt befohlen / daß ich ſoll Herr ſeyn. Aber wenn ich alleine darnach ſehe / daß ich meine Ehre / Gut vnd Gewalt habe / ſo iſt mein Hertz nicht rein / vnd thue doch die Werck / die ein Fürſte thut / daß die Welt nicht kan vber mich klagen / noch der Kayſer vnd Juriſten nach jhrem Recht mich tadlen / noch ſtraffen / ſo wenig als einen Knecht / der vmbs Lohn dienet / Gott gebe er ſuche das ſeine / oder nicht / noch iſt für Gott das Hertze vnrein / daß jhm der Werck keines gefallet / denn es ſtecket nicht GOttes Wort darinnen / ſondern ſein eygen Abgott / Ehre / Gelt vnd Herrſchafft. Wenn aber ſein Hertz alſo ſtehet / weil ich in dem Ampt bin / dahin mich GOtt geſetzet hat / vnd das Wort geſaget / wer da regieret / oder ein Ampt hat / der ſey ſorgfältig / rc. So will ich demſelbigen mit allen trewen fürſtehen / GOtt zu dienſt vnd wohlgefallen. Da gehet vnd quillet ſein Regiment auß einem feinem lauterm Hertzen / daß GOtt vnd die Welt luſt daran hat / vnd iſt auch eine Liebe / die nicht auſſen an Perſon / oder Gut vnd Ehre klebet / ſondern im Hertzen gewachſen / daß Gottes Wort für augen hat / welches / weil es lauter vnd rein iſt / machet es das Hertz auch alſo / ſo wird dann ſein Regiment vnd Werck alles eytel Gottesdienſt / vnd angenehme Opffer / weil es nach dem Wort / vnd allein vmb Gottes willen gehet. Das können jene Lumpenwäſcher nicht lehren / noch zeigen / wiſſen nichts mehr / denn ſchreyen / man ſolle from ſein / wenn ſie auffs beſte lehren / vnd machen nur eine Juriſtiſche Predigt auß Weltlichem Recht / wie der Kayſer vnd ſeine gelehrte Predigen. Aber woher das Hertz rein wird / da haben ſie nichts von geſchmeckt / noch gedacht / wie mans auß Gottes Wort führen ſoll / auß allerley Stände vnd Weſſen. Hæc Lutheri verba docent, quod ſit principium, unde officium Magiſtratus Politici & ſolatium conſcientiarum ſit deducendum, & æſtimandum, nempe non leges juridicæ, aut imperiales, ſed verbum Dei, in S. literis comprehenſum. Quia autem non ea ſolum quæſtio, quam benè Lutherus ſenſerit de Magiſtratu; ſed etiam, quid ſenſerit, cum ipſe, tum qui ipſum bona

fide

fide ſequuntur, ideoq; ex ipſis Lutheri Scriptis, & publicis noſtrorum confeſſionibus adducemus teſtimonia pro Magiſtratus honore & auctoritate.

§. III. Pontificii in ipſo ſtatim limine offendunt, cum *nomen* ſibi tribuunt in ſtatu Eccleſiaſtico, quod non minus Magiſtratui, quam Eccleſiæ miniſtris competit. Vocant hos Clerum & Spirituales, iſtum vero mundanum, ex prava hypotheſi, quaſi Magiſtratus officium non ſit æquè divinum ac Eccleſiaſticorum. En tibi verba ex diſtinctione. 21. c. Cleros. *Cleros & Clericos hinc appellatos credimus, quia Matthias ſorte electus eſt, quem primum per Apoſtolos legimus ordinatum.* Κλῆρος *enim Græce ſors, Latine vero hereditas dicitur: Propterea ergo dicti ſunt Clerici, quia de ſorte Domini ſunt, vel quia Domini partem habent. Generaliter autem Clerici appellantur omnes, qui in Eccleſia Chriſti deſerviunt, quorum gradus, & nomina ſunt hæc: Oſtiarius, Pſalmiſta, Lector, Exorciſta, Acolythus, Subdiaconus, Diaconus, Presbyter, Epiſcopus.* Sic igitur quod commune omnium Chriſtianorum, adeoque & Magiſtratus Politici nomen eſt, hoc per monopolium ſoli ſibi adſcripſerunt ſacrificuli papales. Quibus contradicens Lutherus t. 1. Germ. Jen. f. 289 ſic ſcribit: Man hats erfunden/ daß Bapſt/ Biſchoffe/ Prieſter/ Kloſtervolck wird der geiſtliche Stand genennet/ Fürſten/ Herren/ Handwercks- vnd Ackerleuthe/ der weltliche Stand/ welches gar ein fein Comment vnd gleißen iſt. Doch ſoll niemand darab ſchüchter werden/ vnd daß auß dem grund: dann alle Chriſten ſeind warhafftig Geiſtliches Standes/ vnd iſt vnter jhnen kein vnterſcheid/ denn deß Ampts halben alleine/ wie Paulus 1. Cor. XII. ſagt/ daß wir alleſampt ein Cörper ſeind/ doch ein jeglich Glied ſein eigen werck hat/ damit es andern dient/ daß macht alles/ daß wir eine Tauffe/ ein Evangelium/ einen Glauben haben/ vnd ſind gleiche Chriſten/ denn die Tauffe/ Evangelium vnd Glauben/ die machen allein glauben vnd Chriſtenvolck. Hæc ille. Docet igitur denominationem Chriſtianorum deſumendam eſſe ex S. Literis; In his autem nomen Spiritualium omnibus omnino Chriſtianis, cujuscunque ſint conditionis, competere, non illis ſolis, qui Miniſterio Eccleſiaſtico funguntur. Ex quo fundamento Lutherus f. 290. 291. deducit etiã jus & poteſtatem Magiſtratus Politici in clerum. *Dicas*, Spirituales ſic dicuntur ab officio, quod gerunt, ſpirituali. Re-

 ſpondet

ſpondet Lutherus t. 5. Jen. Germ. f. m. 149. ex Pſ. 82. quod Magiſtratus à ſuo officio Dii vocentur, nedum Spirituales, Wie kan mans höher preiſſen / denn daß ſie Götter heiſſen / und ſind? Und ihres Standes / Werck und Tugend nicht alleine Fürſtliche / oder Königliche / ja auch nicht alleine Engliſche / ſondern Göttliche Tugend ſind. Nominibus ita Magiſtratui aſſertis, facile eſt derivare inde argumenta, pro honore & reverentia ipſi deferenda; Dii enim qui ſunt, reverentiam & obedientiam merentur, & *Spirituales* qui ſunt, non opus habent alio ſtatu, in quo Deo placeant, & perfectionem conſequantur.

§. IV. Πρῶτον ψεῦδος doctrinæ Pontificiæ eſt, quod Magiſtratus Politicus, etiam ſupremus, ut ſunt Cæſares, & Reges, ſuam poteſtatem habeant à Pontifice Romano, Chriſti vicario & organo, ſicut in rebus divinis, ita etiam in ſecularibus. Non urgebo jam, quod Gregorius VII. Pontifex ( *ille non ſolum doctrina, prudentia; ſed etiam ſanctitate & miraculis glorioſus Vir*, judice Cardinale Bellarmino de ſcript. Eccleſ. §. 1050 ) ſcribit ad Herimetenſem Epiſcopum Metenſem Lib. VIII. Epiſt. 21. *Quis neſciat, Reges & Duces ab iis habuiſſe principium, qui, Deum ignorantes, ſuperbia, rapinis, perfidia, homicidiis, poſtremo univerſis pene ſceleribus, Mundi Principe, Diabolo videlicet, agitante, ſuper pares ſcilicet homines dominari cæca cupiditate, & intolerabili præſumptione affectaverunt.* Excipi enim poſſet privatam hanc Gregorii fuiſſe ſententiam; ſed illud allegabo, quod habet Bonifacius VIII. c. unicam ſanctam d. Maj & min. in 6. *Subeſſe Romano Pontifici, omni humanæ creaturæ declaramus, dicimus, definimus, & pronunciamus omnino eſſe de neceſſitate Salutis.* Et Nicolaus diſt. 22. c. omnes. *Terreni & Cœleſtis Imperii jura Petro* ( adeoq; & ſucceſſoribus Petri, Romanis Pontificibus, ) *dicentur commiſſa.* Et Innocentius III. ad Calojoannem Bulgarorum & Blachorum Regem à ſeſe creatum, in Bulla, quæ habetur. t. 1. Bullar. f. 73. Ab initio diplomatis hæc legas verba: *Rex Regum, & Dominus Dominantium Ieſus Chriſtus Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, cui dedit omnia Pater in manu pedibus ejus ſubjiciens univerſa, cujus eſt terra & plenitudo ejus, orbis terrarum, & omnes habitantes in eo, imo cui flectitur omne genu, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum, ſummum Apoſtolicæ ſedis & Romanæ Eccleſiæ Pontificem, quem in B. Petro ſibi vicarium*

*rium ordinavit ſuper gentes, & regna conſtituit, evellendi, deſtruendi, diſperdendi, & diſſipandi, & ædificandi, & plantandi, ei conferens poteſtatem, loquens ad eum in Propheta, qui fuit de Sacerdotibus Anathot. Ecce conſtitui te ſuper gentes & regna, ut evellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes. Cum igitur* (ita pergit §. 1.) *licet immeriti ejus* (Chriſti) *vices geramus in terris, qui dominatur in regno hominum, &, cui voluerit, dabit illud, utpote per quem Reges regnant, & Principes dominantur, cum Petro & ſucceſſoribus ejus, & nobis in eo noverimus eſſe dictum: Ego pro te rogavi, Petre, ut non deficiat fides tua, ſed tu aliquando converſus confirma fratres tuos, cum ex præcepto Domini oves ejus paſcere teneamur, populis Bulgarorum, & Blachiorum, qui multo jam tempore ab uberibus matris ſuæ abalienati fuerant, in Spiritualibus, & temporalibus paterna ſolicitudine providere volentes, ejus auctoritate confiſi, per quem Samuel David in Regem inunxit, Regem te ſtatuimus ſuper eos &c. Per dilectum filium L. tituli S. Crucis Presbyterum Cardinalem apud ſedem legatum, virum providum & honeſtum nobis inter cæteros fratres noſtros acceptum, ſceptrum Regni, & regium tibi mittimus diadema, ejus quaſi noſtris tibi manibus imponendum, recipiendo à te juratoriam cautionem, quod nobis & ſucceſſoribus noſtris, & Eccleſiæ R. devotus obediens permanebis, & cunctas terras, ac gentes tuo ſubjectas Imperio in devotione & obedientia ſedis Apoſtolicæ conſervabis.* Hæc Pontifex ad regem Bulgarorum. Quibus ſimilia legas in literis ejuſdem ad Regem Bohemiæ §. VI. & Aragonum §. VIII. Ex allegatis patet ad oculum, quod Innocentius ſibi arrogaverit auctoritatem in Regnum Bulgarorum, adeo, ut juramentum ſubjectionis à Rege exegerit. Quare juramentum etiam Clemens Quintus Pontifex ab Henrico VII. exegit, ut patet ex Clementina l. 2. tit. 9. c. unico Romani. Fundamentum enim, quo nititur, eſt poteſtas cum Politica, tum Eccleſiaſtica à Chriſto accepta, & per Petrum in ſucceſſores derivata, ita ut eandem Pontifex Romanus habeat poreſtatem in regna hominibus vel tradenda, vel eripienda, quam habet Chriſtus, etſi hic habeat independenter, iſti dependenter. Confirmat alibi potentiam ex jure coronandi Reges, ſic enim ſcribit: *Principes recognoſcere debent, & utique recognoſcunt &c. Quod jus & auctoritas examinandi perſonam electam in Regem, & promovendam ad Im-*

*ad Imperium, ad nos ſpectat, qui eam inungimus, conſecramus & coronamus.* c. venerabilem extra de electione. Addo aliud ejuſdem decretum: *Vacante Imperio in adminiſtratione* (Pontifex) *ſuccedat, & Imperiali poteſtate utatur, donec alius electus fuerit.* Confirmatum eſt à Clemente V. in Concilio Viennenſi adverſus Henricum VII. Imperatorem. Cum enim hic perſequeretur Robertum Siciliæ Regem, indigniſſimè id tulit Pontifex, & in hæc verba reſcripſit: *Nos tam ex ſuperioritate, quam ad Imperium non eſt dubium nos habere, quam ex poteſtate in qua, vacante Imperio, Imperatori ſuccedimus, & nihilominus ex illius plenitudine poteſtatis, quam Chriſtus Rex Regum, & Dominus Dominantiũ nobis, licet immeritis, in perſona B. Petri conceßit, ſententiam* (Imperatoris) *& proceſſus omnes prædictos, & quidquid ex eis ſecatum eſt, vel occaſione ipſorum de fratrum noſtrorum Conſilio, declaramus fuiſſe, ac eſſe omnino irritos atque inanes, nullumque debere, aut debuiſſe ſortiri effectum, ſeu nocumentum, vel notam afferre cuiquam, vel quomodo libet attuliſſe.* Clementin. l. 2. tit. II. c. 2. §. Paſtoralis. Habes cum doctrina, & *praxin* ejuſdem. Docet Pontifex ſibi deberi poteſtatem & auctoritatem in Imperio Romano ſupremam, ut hoc ſit inſtar feudi à ſeſe accepti; quare ſui quoq; arbitrii eſſe improbare acta Henrici Imperatoris, utpote ſui Vaſalli, adverſus Robertum Siciliæ Regem. Ex hoc fonte manavit Bulla Nicolai V. qua Fridericum III. Imperatorem Romanorum dixit, & confirmavit. Nam in proœmio narrat de reditu Chriſti ad Patrem, quod *rediturus* ille mundanorum regnorum Dominus, *Apoſtolorum Principem ſibi Vicarium inſtituerit, ut cunctis ſuperintenderet, & commißis populis ſibi ſalubriter præſideret,* deinde §. 5. eundem ad *ſuſcipiendum Imperiales dignitates dignum & idoneum declaravit: & electionem approbavit*: nempe, *ex Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis.* Quid ſi autem Electores, vel ipſe etiam electus Imperator illam à Pontifice confirmationem inſuper habuiſſet, quid futurum fuiſſet? Id teſtatur indignatio Pauli IV. P. R. adverſus Carolum V. Cum enim hic in comitiis Francofurtenſihus Anno 1558. habitis, onus Imperii in Ferdinandi humeris depoſuiſſet, idque inconſulto Pontifice, ægerrimè id tulit Pontifex: *Confirmationem*, inquiens, *Pontificiam facere Imperatorem, ejurationem itidem in manus ſuas fuiſſe faciendam, quæ aliter facta ſit, invalidam, ſuique juris eſſe,*

*eo caſu, quem vellet in Imperatorem eligere. Electoribus quidem favere Pontificis factam poteſtatem deligendi Imperatoris in demortui locum. minime autem in caſu renunciationis idem ijs permiſſum, ſed tum ſedis Apoſtolicæ arbitrio rem relinqui, cujus eſt de dignitatibus omnibus ſuo arbitratu ſtatuere, quæ illi renunciantur. Quare Caroli renunciationem jure nullam eſſe, ſed auctoritatem creandi Cæſaris ad ſe devolutam, neque Regem Romanorum pro Imperatore agnoſcere:* Vide Petr. Suav. lib. 5. Concil. Trid. Electores igitur poteſtatem eligendi Imperatoris debent Pontifici, adeoque eidem ſuam auctoritatem debet electus Imperator, ut nullam habeat, niſi à Pontifice habeat acceptam.

§. V. Videamus, quid contra ſentiat Lutherus. Statuit ipſe Magiſtratum Politicum eſſe à Deo inſtitutum, adeoque ſuam poteſtatem à Deo habere. tom. II. Jen. Germ. in tract. Von der Weltlichen Obrigkeit/ f. 190. inſcriptio hæc eſt: Weltliche Obrigkeit iſt Gottes Ordnung: Sequitur probatio: Auffs erſte müſſen wir das Weltlich Recht vnd Schwert wohl gründen / daß nicht jemand daran zweiffel/es ſey von Gottes Ordnung vnd Willen in der Welt/ addit dicta, quæ probant cum in V. T. tum in N. T. ante & poſt diluviū fuiſſe hunc ordinem divinitus inſtitutum Gen. IV. v. 14. IX. 6. Exod. XXI. 12. Luc. III. 14. Repetit tom. V. f. 2. in præfat. ad Daniel Kein Reich noch Regiment ſtehet vnd gehet in Menſchlicher Krafft/ oder Witze / ſondern GOtt iſts alleine / der alles gibt / ſetzt / hält / regieret / ſchützet vnd auch weg nimbt. f. 149. Comment. in Pſal. 82. Moyſes nennt die Obrigkeit Götter auß dem Grunde / daß alle Aempter der Obrigkeit vom geringſten an biß zum höchſten / Gottes Ordnung ſind. Addit ex 2. Chron. XIX. Der König Joſaphat ſagt zu ſeinen Amptleuten: Sehet zu vnd richtet recht / denn das Gericht iſt Gottes. Weil es nun nicht auß Menſchlichem willen / oder fürnehmen kompt; ſondern GOtt ſelbſt alle Obrigkeit ſetzt/ vnd erhält/ vnd wo er nicht mehr hält / da fällts alles dahin / wenn gleich alle Welt daran hielte ꝛc. Concludit auß dem wir wohl ſehen / wie hoch vnd herꝛlich GOtt die Obrigkeit will gehalten haben / da man jhnen als ſeinen Amptleuthen / gleich wie jhm ſelbſt ſolle gehorſam ſeyn / vnd vnterthan/ mit Furcht/ vnd allen Ehren. Et quia opponi ſolet, primos Magiſtratus illegitimo modo ad Imperium perveniſſe: reſpondet Lutherus tom. IV. Jen. f. 347. Es ſagen etliche/wie kan Obrigkeit

keit von GOtt ſein / ſo doch viel mit vnrechtem Gewalt zu herrſchen kommen ſind / als Julius Cæſar, vnd die Schrifft nennet Nimrod einen Jäger / darumb daß er ſehr zugrieffen hat Gen. X. Antwort: Da St. Paulus Röm. XIII. ſpricht: Daß Obrigkeit ſeye von Gott / ſolle man verſtehen / nicht daß Obrigkeit alſo eine verhängnus von GOtt ſeye / wie Morden oder ein ander Laſter von GOtt verhenget werden; Sondern daß man ſoll verſtehen / daß Obrigkeit eine ſonderliche Ordnung vnd Geſchöpffe GOttes ſeye / wie die Sonn von GOtt geſchaffen iſt / oder wie der Eheſtand von GOtt eingeſetzet iſt / vnd wie ein Böſſer / der ein Weib nimbt / nicht guter meinunge der Ehe mißbrauchet / alſo mißbrauchet ein Tyrann Gottes Ordnung / als Julius oder Nero, dennoch iſt die Ordnung durch Recht vnd Fried erhalten / wird ein Göttlich Geſchöpff / ob gleich die Perſohn / ſo der Ordnung mißbrauchet / vnrecht thut. Aſſerit igitur Megalander, ordinem Magiſtratus Politici ab uno & ſolo Deo eſſe inſtitutum, ut matrimonium eſt; vel Sol creatus; Diſtinguit autem inter ipſum ordinem, & ſubjectum ejusdem, ordinem ait eſſe divinum, & ſacroſanctum, etſi homo, in iſto ordine conſtitutus, ſit malus; Tam autem vitium ſubjecti non eſt derivandum in ipſum ordinem, quam vitium conjugis vitioſi, conjugio, ordini in ſeſe ſancto, eſt imputandum. Hac doctrina audita Elector Saxonicus Fridericus ſapiens levatis ad cœlum manibus Deo gratias egit, *quod ex S. literis jam dudum cognitum atque exploratum teneret, ſe in ejuſmodi ordine conſtitutum eſſe, qui Deum auctorem habeat, & in quo bona conſcientia verſari & Deo placere poßit.* Audiamus ipſum iterum Lutherum t. IV. Jen. Germ. f. 431. b. Vom Krieg wider die Türcken. Es hatte (im Bapſtumb) niemand gelehret / noch gehöret / wuſte auch niemand etwas von der Weltlichen Obrigkeit / woher ſie kame / was jhr Ampt oder Werck were / oder wie ſie Gott dienen ſoll. Die Allerheyligſten (will ſie nicht neñen) hielten die Weltliche Obrigkeit für ein Heidniſch / Menſchlich / Vngöttlich ding / als wehre es ein fährlicher Stand zur Seeligkeit. Daher hatten auch die Pfaffen vnd Mönche / Könige vnd Fürſten ſo angetrieben / vnd vberredet / daß ſie andere Werck für ſich nemen / GOtt zu dienen / als Meſſe hören / beten / Meß ſtifften. Summa / Fürſten vnd Herren (ſo gern from geweſen wehren /) hielten jhren Stand vnd Ampt für nichts / vnd für kein Gottesdienſt / wurden rechte



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-43316-p0016-4

Pfaffen vnd Mönche / ohn daß ſie nicht Platten noch Kappen trugen / wolten ſie Gott dienen / ſo muſten ſie in die Kirchen. Solches müſſen wir bezeugen alle Herren / ſo dazumahl gelebet / vnd ſolches erfahren haben. Denn mein gnädigſter Hertzog Friederich ſeeliger / ward froh / daß ich zu erſt von Weltlicher Obrigkeit ſchrieb / daß er ſolch Büchlein ließ abſchreiben / ſonderlich einbinden / vnd sehr lieb hatte / daß er auch mocht ſehen / was ſein Standt wehre für GOtt.

§. VI. Pontifex igitur Romanus non eſt ille, à quo Magiſtratus ſuam habet auctoritatem & poteſtatem, ſic enim ſcribit Lutherus an den deutſchen Adel tom. 1. Jen. Germ. f. 293. Sie (die Papiſten) ſprechen / Er (der Bapſt) ſey ein Herr der Welt / das iſt erlogen. Denn Chriſtus / deß Statthalter vnd Amptman er ſich rühmet / ſprach für Pilato / mein Reich iſt nicht von dieſer Welt / & fol. 300. Zum neundten (ſoll abgethan werden) daß der Bapſt vber den Kayſer kein Gewalt habe / ohn daß er Jhn auff dem Altar ſalbe vnd kröne / wie ein Biſchoff einen König krönet / vnd je nicht der Teuffeliſche Hoffarth hinfort zugelaſſen werde / daß der Kayſer deß Bapſts Füſſe küſſe / oder zu ſeinen Füſſen ſitze / oder / wie man ſagt / jhm den Stegreiff halte / vnd den Zaum ſeines Maulpferds / wenn er auffſitzet zu reiten; noch vielweniger dem Bapſt Hulde / vnd trewe Vnterthänigkeit ſchwöre / wie die Bäpſte vnverſchampt fürnehmen zufordern / als hetten ſie recht darzu. Atqui hoc vult jus Canonicum? Reſp. Es iſt das Capitel ſolite, darinnen Bäpſtlich Gewalt über Keyſerlich Gewalt erhoben wird / nicht eines Hellers wehrt / vnd alle / die ſich darauff gründen / oder dafür fürchten / dieweil es nichts anders thut / dann die Heiligen Gottes Wort zwinget vnd dringet von jhrem rechten Verſtand auff jhre eygene Träume. Paulo poſt explicat, quid ſentiat de ſucceſſione Papæ defuncto Cæſare: Es iſt auch lächerlich vnd kindiſch / daß der Bapſt auß ſolchem verblendtem / verkehrtem grund / ſich rühmet in ſeinem Decretal Paſtoral, er ſeye deß Keyſerthumbs ein ordentlicher Erbe / ſo es ledig ſtunde / wer hat es jhm gegeben? Dicunt Conſtantinus Magnus Sylveſtro diſt. 96. c. 13. 14. Reſp. Es iſt eine Teuffeliſche vnd vnerhörte Lugen / de donatione Conſtantini, es muß eine beſondere Plage von GOtt geweſen ſein / daß ſo viel verſtändige Leuthe ſich haben laſſen bereden

den / ſolche Lugen auffzunehmen. Confer tom. VI. Jen. Germ. f. 486. 490.

§. VII. Poſito autem Pontificem Romanum eſſe πρῶτον δεκτικὸν poteſtatis Politicæ, unde Magiſtratus ſuam auctoritatem & regimen habeat, ergo ſequitur Pontificem poſſe, utilitate in primis Eccleſiæ ſic poſtulante, ſummos etiam Magiſtratus in ordinem redigere, deponere & punire, pœna quam vocant corporali. Conſequentiam fecit quidam Johannes Nannes Viterbienſis, Ordinis Prædicatorum Theologiæ Profeſſor, in diſputatione de Monarchia Papæ ſcripta anno 1481. allegante B. Luthero T. 1. Jen. Lat. f. m. 69. 70 Præmiſerat: *Nonum eſt, quod Cæſar & primogenitus Eccleſiæ ille eſt Imperator, quem vicarius agni Cæſarem inſtituit ad defenſionem Monarchiæ:* Subjungit: *Vltimo ſequitur, quod qui Chriſti vicario contradicant, ſive Cæſares, ſive Reges, ſive Principes, ac Potentatus, ſtatim jure divino Tyranni efficiuntur, ſuntque magis ſub beſtia Mahomethani Tyranni, quam ſub juridica divina Monarchia immaculati agni.* Sed audiamus ipſos Pontifices. Innocentius III. ſcribit, ſeſe Vicarium Chriſti *ordinatum ſuper gentem & regna, evellendi, deſtruendi, diſperdendi & diſſipandi poteſtate accepta.* Intelligit autem de poteſtate Politica mundi regna tradendi, & eripiendi, quod exemplum ſubjectum declarat, vide integra verba §. 4. ſupra. Gregorius VII. in altera adverſus Henricum IV. Bulla §. 10. ex poteſtate clavium derivat poteſtatem dejiciendi Reges. En egregiam conſequentiam: *Agite nunc quæſo Patres & Principes ſanctiſſimi, ut omnis mundus intelligat, & cognoſcat, quia, ſi poteſtis in cœlo ligare & ſolvere, poteſtis in terra Imperia, Regna, Principatus, Monarchias, Ducatus, Comitatus & omnium hominum poſſeſſiones tollere unicuique & concedere.* Quæ ratio conſequentiæ? Addit: *Si enim Spiritualia judicatis, quid de ſecularibus non poſſe credendum eſt? Et ſi Angelos dominantes omnibus ſuperbis Principibus judicabitis, quid de illorum ſervis facere poteſtis? Addiſcant nunc Reges, & omnes ſeculi Principes, quanti vos eſtis, quid poteſtis, & timeant parvi facere juſſionem Eccleſiæ veſtræ, & in prædicto Henrico tam cito judicium veſtrum exercete, ut omnes ſciant, quia non fortuito; ſed veſtra poteſtate cadet.* Hæc Hildebrandus ad Archiepiſcopos, & Epiſcopos Germaniæ, docens, quisquis habet poteſtatem clavium, habere quoque poteſtatem deponendi Reges; poteſt

teſt igitur Cæſar & Rex, & quicunque Magiſtratus per quemvis ſacrificulum de throno ſuo deponi. Innocentius IV. in Bulla adverſus Fridericum II. edita, §. 6. ex eadem poteſtate clavium ſibi conceſſa idem concludit; *Cum Ieſu Chriſti vices licet immeriti teneamus in terris, nobisque in B. Petri Apoſtoli perſona ſit dictum: Quodcunque ligaveritis ſuper terram &c. nos memoratum principem, qui ſe Imperio & Regnis, omnique honore & dignitate reddidit tam indignum, quippe propter ſuas iniquitates à Deo, ne regnet, vel imperet. eſt abjectus, ſuis ligatus peccatis, & abjectum, omnique honore & dignitate privatum à Domino oſtendimus, denunciamus &c.* Habes doctrinam, & ejuſdem praxin. Doctrina eſt, Pontificem eumque ſolum habere claves immediate, ſcilicet, à Chriſto, quæ ſunt poteſtas ligandi, excommunicandi, deponendi de ſuis regnis, ad quæ legitima electione pervenerunt, Imperatores etiam Romani. *Praxis* eſt doctrinæ conformis; Innocentius enim Fridericum Imperatorem edita bulla regno Romano excutere allaborabat §. 7. ita detonat: *Omnes, qui ei juramento fidelitatis tenentur adſtricti, à juramento hujuſmodi perpetuo abſolventes, auctoritate Apoſtolica firmiter inhibendo, ne quisquam de cætero ſibi, tanquam Imperatori, aut Regi conſilium, vel auxilium præſtiterint; ſed favorem ipſo facto excommunicationis vinculo ſubjacere.* §. 8. *Illi autem, ad quos in eodem Imperio Imperatoris ſpectat electio, eligant liberè ſucceſſorem.* Sequebatur ſententiam ſui anteceſſoris Gregorii IX. Nam & hic fulmine ſuo Fridericum Romano Imperio privare audebat. Ita enim ſcripſit: *Omnes, qui eis, Friderico & aſſeclis, fidelitatis juramento tenentur, decernendo ab obſervatione juramenti hujuſmodi abſolutos, & firmiter prohibendo, ne ſibi fidelitatem obſervent, juxta canonicas ſanctiones.* Hactenus Gregorius. Cauſæ Pontificii odii erant, quod Fridericus nollet obſequi Honorii mandatis. Juſſerat Honorius P. R. expeditionem adverſus Saracenos ſuſcipi, id vero Fridericus facere detrectabat, utpote Lombardicis motibus impeditus: Quod indigniſſime tulit Pontifex, ut cum hoſtibus adverſus Cæſarem conjuraret; Mortuus autem odium reliquit Gregorio IX. ſucceſſori, qui & fulmine Imperatorem percutere audebat, cum nollet reſtituere Sardiniam ab Imperio Siculo ablatam, & inimicos ex toto orbe in ipſum concitabat, ne Saracenis quidem exceptis. Cumque Fridericus his & ſimilibus minis non cederet, In-

nocentius IV. renovavit fulmen, & alium in excommunicati locum, nempè Henricum Thuringiæ Landgravium, cenſebat ſubſtituendum. His difficultatibus coactus Imperator offerebat Innocentio perpetuum in Palæſtina militem, ſi venia ſibi data Conradum ſuum diceret ſucceſſorem in Imperio. At, inſolentiam hominis! ridebat Innocentius conditionem oblatam, & nolebat facere, quod Imperator petebat. Atque hæc ipſa mens fuit ſucceſſoris Alexandri IV. Poſtquam enim metueret, ne ordines Imperii Conradum eligerent Imperatorem, ad Electorem Moguntinum ita reſcripſit: *Fraternitatem tuam monemus, rogamus, & hortamur attentè, ac per Apoſtolica tibi ſcripta in virtute ſanctæ obedientiæ ſub debito fidelitatis, quo nobis & Eccleſiæ Romanæ teneris, ac ſub pœna excommunicationis, quam in te proferimus, diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus præfatum Conradum puerum nullatenus in Regem eligas, nec nomines, nec conſentias in eundem, ita quod ex communicatus exiſtas, ſi contra mandatum noſtrum facere, vel venire præſumpſeris.* Pergit imperando: *Aliis vero Cœlectoribus tuis, tam Eccleſiaſticis, quam ſecularibus, auctoritate noſtra firmiter inhibeas, ne ipſum ad hoc nominent, vel eligant, nec in eum conſentiant.* Hæc ille Bullar. Rom. t. 1. f. III. §. VII. n. 4. Pontifex igitur Romanus audet etiam nondum electos arcere ab electione, & præſcribere illis etiam Imperatorum Electoribus, & ſummis in Imperio Principibus, quem vel eligant, vel non eligant, tanquam moderator poteſtatis eligendi à ſeſe acceptæ, & dependentis. Unicum adhuc exemplum ſubjungam, quod illuſtriſſimum eſt omnium & primum omnipotentiæ pontificiæ argumentum. Id vero præbet ille celebris Cæſaromaſtix Gregorius VII. Poſtquam enim auctoritate, à manibus Petri divinitus accepta, ſeſe muniviſſet, ſubjungit in bulla fulminatrice: *Hac fiducia fretus pro Eccleſiæ tuæ (Petre) honore & defenſione ex parte omnipotentis Dei Patris, Filij, & Spiritus Sancti, per tuam poteſtatem & auctoritatem, Henrico Regi, filio Henrici Imperatoris, qui contra tuam Eccleſiam inaudita ſuperbia inſurrexit, totius Regni Theutonicorum & Italiæ gubernacula contradico* §. 2. *& omnes Chriſtianos à vinculo juramenti, quod ſibi faciunt, & facient, abſolvo, & ut nullus ei, ſicut regi, ſerviat, interdico.* Hæc in priore bulla habentur. In poſteriore §. 8. iſta legimus: *Et iterum Regnum Theutonicorum & Italiæ ex parte omnipotentis*

*tentis Dei, & veſtra* (Petre & Paule) *interdicens ei, omnem poteſtatem & dignitatem illi regiam tollo, & ut nullus Chriſtianorum ei, ſicut Regi, obediat, interdico, omnesque, qui ei juraverunt, vel jurabunt, de regni dominatione à juramenti promiſſione abſolvo.* Hoc modo depoſito Henrico, ſcribit de novo Imperatore nempe Rudolpho §. 9. *Vt autem Rudolphus regnum Teutonicorum regat, & defendat, quem Theutonici ſibi elegerant in Regem, ad veſtram fidelitatem, ex parte veſtra, dono, largior, & concedo omnibus ſibi fideliter adhærentibus abſolutionem omnium peccatorum, veſtramque benedictionem in hac vita, & in futura, veſtra fretus fiducia,* (loquitur iterum ad Apoſtolos) *largior. Sicut enim Henricus pro ſua ſuperbia, inobedientia, & falſitate à regni dignitate juſte abjicitur, ita Rudolpho pro ſua humilitate, obedientia & veritate, poteſtas & dignitas regni conceditur.* Ecce Henricus, olim electus & confirmatus Imperator Romanus, à Pontifice Romano dejicitur, quod imperata facere nollet, contra ſubſtituitur illi Rudolphus, pro ea ſcilicet, quam à Chriſto Regum omnium Rege per manus Petri & Pauli accepiſſe ſeſe gloriabatur Pontifex. Hac Bulla effectum eſt, ut ordines Imperii, Saxones cumprimis & Alemanni, Oppenhemii convenirent, & ſubjectionem poſthac Henrico debitam recuſarent, bullæ pontificiæ prætextu uſi. Henricus igitur, ut retineret Imperium, in Italiam media fere hyeme contendit, inventoque Papa in Canuſino oppido triduum ante portam ſæviente licet frigore coactus eſt morari, diſcalceatus & laneis indutus; Nec prius, lachrymis licet fuſis, admiſſus eſt, quam præſentes commiſeratione tacti pro ipſo interceſſiſſent. Chron. Urſperg. an. 75. f. m. 170.

§. VIII. Contra ſtat Lutheri ſententia, nempe in poteſtate Pontificis Romani ſitam non eſſe ſupremi Magiſtratus dejectionem. Nam inter cauſſas combuſti à ſeſe juris canonici, ſive decretalium papalium §. 23. refert etiam hanc. Daß (juxta jus canonicum) die Vnterthanen mögen vngehorſamb ſein jhren Oberherren/ vnd die Könige er entſetzen möge / wie daß an vielen orten erſetzt / vnd offt gethan wider vnd vber GOtt; Et rurſus, daß er auch alle Eyde/ Bünde/ vnd Pflichte zwiſchen hohen vnd niedern Ständen zureiſſen macht haben will/ wieder vnd vber GOtt/ der gebeut / jederman ſoll dem andern glauben halten. Quod vero attinet locum Jeremiæ ſæpius objectum c. 1. 10. Reſp. Luth. t. 1. Jen. f. 312. *Non ſunt dignitatis & præcellen-*

*cellentia, ſed laboris & officij verba, quæ hic ponuntur. Et ubi fuit ſummus Sacerdos in lege, ſi Ieremias hoc verbo ſacerdos conſtituitur ſuper gentes, & regna, ſuper quæ ille non erat conſtitutus?*

§. IX. Hactenus vidimus, quomodo Pontifex Romanus ſibi arrogaverit auctoritatem in Magiſtratus ſupremos ſive conſtituendos, ſive removendos. Sed hic non ſubſtitit eminentia papalis, verum ulterius progreſſa ſubduxit ſeſe ab auctoritate politica, quod attinet etiã jus ſacrorum. Negat enim Pontifex Romanus (1.) ſuam, vel cleri univerſi vocationem, electionem, aut confirmationem pendere ex poteſtate Magiſtratus Politici. Ne prolixus ſim aliquot in medium adductis teſtimoniis aſſertionem probabo, ſatis alioquin probatam. Diu graſſabatur concertatio inter Imperatores Romanos Germanicos & Pontifices de jure inveſtituræ; donec Henricus V. tandem ſeſe expugnari pateretur, ut in hanc ſententiam reſcriberet: *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Ego Henricus Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus pro amore Dei & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Domini Papæ Calliſti, & pro remedio animæ meæ, dimitto Deo, & ſanctis ejus Apoſtolis Petro, & Paulo, & ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ omnem inveſtituram per annulum & baculum, & concedo in omnibus Eccleſiis fieri electionem & liberam conſecrationem.* Habetur reſcriptum in Bullar. Rom. an. 1122. f. 54. exaratum. Libera adhuc erat Gallia favore ſanctionis pragmaticæ; ſed & hæc ſublata eſt per Leonem X. Pontificem, indulgente Rege Galliarum Franciſco. Convenerunt enim inter ſeſe hoc pacto, ut, vacante aliqua ſtatione, Rex quidem perſonam idoneam pontifici & ſucceſſoribus, Romanis pontificibus, ſeu ſedi Apoſtolicæ nominaret, Eccleſiæ tamen vacanti, ſive Cathedrali, ſive Metropolitanæ provideretur per ipſum pontificem, vel ſucceſſores, illam perſonam nominatam confirmantes: *ſi contingeret præfatum Regem perſonam taliter non qualificatam ad dictas Eccleſias ſic vacantes nominare, per nos & ſucceſſores, ſeu ſedem hujuſmodi de perſona ſic nominata eisdem Eccleſiis minime provideri debeat, ſed teneatur idem Rex infra tres alios menſes à die recuſationis perſonæ nominatæ non qualificatæ ſolicitatori nominationem non qualificatam proſequenti conſiſtorialiter factæ intimandæ-computandos, aliam ſupra dicto modo qualificatam nominare, alioquin, ut diſpendioſæ Eccleſiarum hujusmodi vocationi celeriter conſulatur, Eccleſiæ tunc ſic vacanti per nos & ſucceſſores*

*noſtros*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-43316-p0022-7

*noſtros, ſeu ſedem hujusmodi de perſona, ut præfertur, qualificata. Et §. 8. Nec non Eccleſiis per obitum apud ſedem prædictam vacantibus, ſemper, nulla dicti Regis præcedente nominatione, libere provideri poßit decernentes, electiones contra præmiſſa attentatas, ac proviſiones per nos & ſucceſſores noſtros, ſeu ſedem hujuſmodi factas, nullas & invalidas exiſtere.* Hinc patet, quod Rex quidem habeat jus *nominandi*, ſed poteſtas nominationem vel approbandi vel improbandi adeoque nominati vel confirmandi, vel non confirmandi, penes pontificem reſideat, vide Bullar. t. 1. §. XII. num. 7. f. 426. in Leone X.

§. X. Negat. 2. Magiſtratui competere jus gladii in clerum, ut hunc in judicium vocare, examinare, condemnare, & punire poſſit. *Nullus Epiſcopus neque pro civili, neque pro criminali cauſa apud quemvis judicem ſive civilem, ſive militarem producatur, ſive exhibeatur. Magiſtratus, qui hoc auſus fuerit, amißionis cinguli condemnatione plectetur.* C. nullus Cauſ. 11. q. 1. *jure divino & humano clerici & eorum bona libera ſunt à ſeculari poteſtate*: Scribit Bonifacius VIII. in c. quanquam. Quodque dictum eſt de perſona Cleri, id ipſum valet etiam de bonis ipſorum: *Laicis in Clericos, & perſonas Eccleſiaſticas, ac bona Eccleſiaſtica non eſt attributa facultas*: Scribit Leo X. in Bulla X. §. 11. edita anno 1515. expreſſa t. 1. Bullar. t. 412. Confer diſtinct. 96. imprimis decreta Nicolai P. R. ad Michaëlem Græcum Imperatorem: Adde conſtitutionem 1. Honorii. III. t. 1. Bullar. p. 78. Bonifacii IX. Conſt. 4. f. 225. Martini X. Conſt. X. f. 247 Pauli V. Conſt. 63. Contra autem arrogabat ſibi jus gladii, ſicut in Magiſtratum Politicum, ita in alios quoscunque homines. Eſt enim Pontifex ſubjectum utriusque poteſtatis Politicæ ac Eccleſiaſticæ, habens clavem Petri, & gladium Pauli. Nota eſt hiſtoria Bonifacii VIII. cum primum Jubilæum celebraret, ut primo die ſederit in throno Papali infulis pontificalibus indutus, altero in Imperiali, prælatis duobus gladiis, cum elogio: Ecce duo gladii hic! Vide Luther. t. 6. Jen. Germ. f. 489.

§. XI. Negat (3.) Magiſtratui competere poteſtatem examinandi & judicandi homines de religione ſuſpectos. Sic enim Nicolaus ad Michaelem Imperatorem Conſtantinopolitanum ſcribit: *Hi, quibus tantum humanis rebus, & non divinis, præeſſe permiſſum*

*eſt, quomodo de his, per quos divina miniſtrantur, judicare præſumant, penitus ignoramus.* Et Johannes: *Non à legibus publicis, non à poteſtatibus ſeculi; ſed à Pontificibus & Sacerdotibus Chriſtianæ religionis clericos & Sacerdotes voluit ordinari, & diſcuti recipique de errore remeantes; Imperatores Chriſtiani ſubdere debeant executiones ſuas Eccleſiaſticis præſulibus, non præferre.* Patet hoc ex Bulla Leonis X. anno 1521. edita adverſus Venetos. Cum enim Leo Pontifex inquiſitores hæreticæ pravitatis miſiſſet in Brixienſem & Bergomenſem Venetorum ditionem, ut de hæreſi ſuſpectos ad ſupplicia pertraherent; Dux autem & Senatus Venetus interceſſiſſent, ſibi examen reorum vindicantes, Leo contra rugiit: *quod indecens id ſit, & contra juris & ſacrorum canonum diſpoſitionem, ac Eccleſiaſticam libertatem, Laicos de perſonis & cauſſis Eccleſiaſticis ſe intromittere, nolleque injunctam à nobis executionem adimplere, niſi proceſſibus ac ſententijs per eos viſis ac examinatis, ac ſi ipſi in clericos cauſſasque Eccleſiaſticas ſuperioritatem & jurisdictionem haberent, cum tamen in Clericos cauſſasque hujusmodi Laicis nulla facultas attributa ſit, quos obſequendi & exequendi manet neceſſitas, non auctoritas imperandi, propter quod inter Chriſti fideles non modicum ſurgit ſcandalum.* Hæc Leo ſatis pro imperio, ut facile hinc diſcas cum doctrinam Pontificiam, tum praxin. Nam §. 2. & 3. Bullæ ſubjungit Pontifex, quid inquiſitoribus faciendum ſit, ſi Veneti imperata facere recuſaverint, Vos, inquit, *eos per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia juris opportuna remedia, appellatione poſtpoſita, compellatis.* t. 1. Bullar. f. 456. Quid autem cenſura Eccleſiaſtica poſt ſeſe trahat, vidimus ſupra in geſtis Henrici IV. & Friderici II. regnis ſuis & fide ſubditorum deſtitutorum.

§. XII. Negat (4.) Magiſtratui competere jus reformandi vel removendi Cleri, ſive ſuperioris, ſive inferioris. Exordiamur à ſupremo capite, ſcilicet, à Pontifice ipſo. Notum eſt, quod habetur diſtinct. XL. c. 6. Bonifacii dictum: *Si Papa ſuæ & fraternæ ſalutis negligens deprehenditur inutilis, & remiſſus in operibus ſuis, & inſuper à bono taciturnus, quod magis officit ſibi & omnibus, nihilominus innumerabiles populos catervatim ſecum ducit primo mancipio gehennæ, cum ipſo plagis multis in æternum vapulaturus, hujus culpas iſthic redarguere præſumit mortalium nullus, quia cunctos ipſe judicaturus, à nemine eſt judicandus. Si igitur non eſt ab ullo homine judicandus,*

*dicandus*, ergo nec deponendus. Hac lege fretus Gregorius VII. indigniſſime tulit ſui diſpoſitionem, factam ab Henrico Imperatore & ordinibus Imperii, ſubſtituto Wigberto Ravennenſium Epiſcopo. Imo eo audaciæ progreſſus eſt Pontifex, ut & Epiſcopis denegarit jus reformandi. Was iſt geſchehen in dieſem Jahr? verba ſunt Lutheri. Der Biſchoff zu Straßburg wolt ſein Stifft ordentlich regieren vnd reformiren im Gottesdienſt / vnd ſtellet etlich Göttliche vnd Chriſtliche Artickel dazu dienſtlich / aber mein lieber Pabſt / vnd der heilige Römiſche Stuhl / ſtößt zu boden vnd verdampt ſolche heilige / geiſtliche Ordnung gantz mit einander durch anlangen der Prieſterſchafft t. 1. Jen. Germ. f. 296.

§. XIII. Negat (5.) Jus convocandi Concilia, & præſidendi in convocatis ſpectare ad Magiſtratum Politicum, revocans id ad ſeſe: Sic enim Julius II. adverſus Patres Piſanos, & Legatos ſummorum Magiſtratuum Piſis congregatos in concilio ſcripſit: *Quod ſi tam ardenter illis cordi eſt, ſe caput & auctores generalis Concilii conſtituere, quid ad hanc rem facto opus ſit, prius diſcant; Revolvant ſanctorum Patrum & Romanorum vitas Pontificum & antiquum morem indicendi, & convocandi & celebrandi Concilium, traditiones & leges ſuper his editas à patribus inſpiciant, videbunt hujusmodi concilia à ſolis Romanis Pontificibus eſſe indicta, & aliter indicta rata non eſſe.* t. 1. Bullar. §. 4. Hanc Julii ſententiam comprobavit Leo X. ſucceſſor, edita pro concilio Lateranenſi Bulla, cujus §. 6. confirmat, quod Julius dixerat, concilium illud eſſe convocatum ab iis, qui poteſtatem non habuerunt. Veſtigiis inſtitit Clemens VII. Cum enim Carolus V. Bononiæ coronandus prius de Concilio habendo mentionem injeciſſet, Papa reſpondit: *Hac de re prior eſſe debet mea deliberatio, & præcipua auctoritas. Nam ut non diſputem ſubtiliter de meo jure, hoc conſtat, Synodum Nicænam juſſiſſe ad Romanum Epiſcopum deferri controverſias Eccleſiarum occidentis, & noſtram ſedem indicere Synodos.* Cœleſt. hiſt. A. c. t. 1. f. m. 13. Atque hoc ipſum urſit & Paulus III. recenſente Luthero t. VIII. Jen. Germ. f. 208. Es gebühre nicht einem Keyſer / noch jemand ein Concilium anzuſetzen / auch nicht ein National, ſondern allein dem Pabſt / der allein macht habe zu ſetzen / ordiniren / ſchaffen / alles was in der Kirchen zu glauben vnd zu leben iſt.

§. XIV. Negat (6.) Jus appellandi à ſeſe ad Concilium ulli competere,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-43316-p0025-4

petere, adeoque affirmat, ſeſe habere judicium ultimum & definitivum. Nam Pius II. ille alias, cum eſſet adhuc Æneas Sylvius, libertatis Eccleſiaſticæ vindex acerrimus, tamen poſtea Pontifex, conſtitutione V. §. 2. *hujusmodi provocationes ad concilium à Papa damnabat, & tanquam erroneas ac deteſtabiles reprobabat, culpabat, ac penitus annullabat, præcipiens, ut nemo audeat quovis quæſito colore ab ordinationibus, ſententiis ſive mandatis quibuscunque ſuis, ac ſucceſſorum ſuorum talem appellationem interponere, aut interpoſitum per alium adhærere, ſeu ei quomodo libet uti*: Contravenientes autem dicit crimen læſæ Majeſtatis committere, dignos, qui ſacris miſſo fulmine interdicantur. Extendit bullam Julius II. ut ea ratione Venetos & Bentivolum Bononiæ occupatorem in ordinem redigeret. Interceperant Veneti Ravennam, Cerviam, Ariminum, Faventiam, Sarſinam civitates, cum oppidis, caſtris, terris, & diſtrictu ipſarum, cumque Caſentia, Forolivien. ac Imolen. territoriis, caſtris, oppidis, terris. Pontifex igitur repoſcebat, renuentes ducem Leonardum, Rogatos, ac Generale Conſilium, & Commune Venetiarum excommunicabat, cum autem excommunicati à Pontifice ad concilium futurum appellarent, Julius hanc ipſorum appellationem irritam reddere allaborabat, renovata & ampliata Pii II. Bulla n. XXII. t. 1. Bullar. Quam Pontificum prohibitionem Bullæ Cænæ Dominicæ inſeruit poſtea Gregorius XIII. P. R. ut videre eſt in conſtitutione ejus 81. & Pauli V. conſtitutione V. Et Urbani VIII. Conſtit. 62. t. IV. Bullarii Romani.

§. XV. Negat (7.) Jus examinandi doctrinam publicam vera, an falſa ſit, ſpectare ad Magiſtratum Politicum. Generale enim inter dictum eſt, decernimus t. 1. decret. Judic. c. 2. *Decernimus, ut Laici*, quales ſunt Magiſtratus, *Eccleſiaſtica tractare negotia non præſumant*, adeoque nec examen doctrinæ inſtituere, aut ſpeciem certam ordinare. Et C. Imperator diſt. eadem. *Ad Sacerdotes Deus voluit, quæ Eccleſiæ diſponenda ſunt, pertinere, non ad ſeculi poteſtates, quas, ſi fideles ſunt, Eccleſiæ, ſive ſacerdotibus voluit eſſe ſubjectas.* Diſponenda autem eſt Eccleſiæ vera doctrina à vocato & miſſo orthodoxo miniſterio, quare per pontificem, nec hoc eſt officium politici Magiſtratus. Cenſura Colonienſis art. XII. myſterium aliquanto clarius expreſſit, ſic enim ſcribit: *Illud eſt certum, alienum eſſe a Principe, Rempublicam adminiſtrante, definire dubia circa fidem,*

*ſed*

*ſed hoc relegandum ad ſolos Sacerdotes; Deinde hoc tantum eſſe Magiſtratus officium, quoad religionis negocium, ut in eos, quos Pontifices pœna percellendos putant, animadvertat, imo etiamſi Magiſtratus animadvertat, quoſdam errores & abuſus in rebus Eccleſiaſticis irrepſiſſe, non tamen licet illi reformationem inſtituere, ſed Sacerdotes benignè admoneantur, quod ſi admonitionibus nihil proficitur, ſummus eſt alius in Eccleſia præſul, ei deferendum eſt id negocij.* Hæc Colonienſes. Expertus eſt Carolus V. iras Pauli III. P. R. cum religionis negocium tractaret. Nam perſcripta ad ipſum epiſtola comparavit factum cum ἀλλοτριοεπισκοπία Uſiæ, & ſeditione Core, epiſtola extat apud Wolfium t. 2. memorabil. p. 539.

§. XVI. Contra ſtat Lutheri ſententia, qui (1.) improbat inveſtituram à pontificibus ablatam eſſe Imperatoribus. Verba habes tom. VI. Jen. Germ. Von der donation Conſt. M. f. 490. dazu hats der Pabſt gleichwohl bracht / daß er den Kayſeren vnd Königen vnd aller Welt die inveſtitur, oder das Lehrenrecht der Biſtumb auch Pfründen zu ſich geraubet hat / ſo er ſie doch nicht geſtifft / noch gegeben hat / vnd darüber vnzehlich Blut vergoſſen / Kayſern vnd Königen alle Plag angelegt / denn es war die zeit Göttliches Zorns / der durch den Pabſt die Welt alſo ſtraffen wolt / ſonſten were es ja noch heutiges tages nicht recht / daß einer ſolt nehmen / vnd damit gebehren ſeines gefallens / das nicht ſein iſt. Dann Kayſer vnd Könige habens nicht dem Pabſt / ſondern den Kirchen gegeben / Predigſtück vnd Schulen zuerhalten / welches der Pabſt zu ſich geriſſen / vnter dem nahmen der Kirchen / auffs ſchändlichſt vmbbracht / auch wider die Stiffter zu kriegen vnd zu wüten.

§. XVII. (2.) Exemptionem clericorum improbat. Nam t. 1. Jen. Germ. f. 290. Dieweil Weltlich Gewalt von GOtt geordnet iſt / die Böſen zu ſtraffen / vnd die Frommen zu ſchützen / ſo ſoll man jhr Ampt laſſen frey gehen / vnverhindert durch den gantzen Cörper der Chriſtenheit / niemand angeſehen / ſie treffen Pabſt / Biſchöffe / Pfaffen / Mönche / oder wer es iſt. At Clerici ſunt ſpirituales, reliqui autem ſeculares? Reſp. Lutherus & f. 291. Ita diſſerit: Es iſt auch zuviel / daß man ſo hoch im Geiſtlichen Recht hält der Geiſtlichen Freiheit / Leib vnd Güter / gerad als weren die Leyen nicht auch ſo geiſtlich gute Chriſten / als ſie / oder als gehörten ſie nicht zur Kirchen. Warumb iſt dein Leib / Leben / Gut vnd Ehre ſo frey / vnd nicht

das meine/ ſo wir doch gleich Chriſten ſind / gleich Geiſt / Glauben/ Tauff/ vnd alle ding haben? Wird ein Prieſter erſchlagen / ſo ligt ein Land im interdict, warumb auch nicht/wann ein Bauer erſchlagen wird? Wo kompt her ſolch groſſer vnterſchied vnter den gleichen Chriſten? allein auß Menſchen Geſätzen vnd dichten. Es muß auch kein guter Geiſt ſein / der ſolch außzug erfunden / vnd die Sünd frey vnſträfflich gemacht hat. Denn ſo wir ſchuldig ſind wider den Böſen Feind / ſein Werck vnd Wort zu ſtreiten / vnd jhn vertreiben wie wir mögen/ als vns Chriſtus gebeut/ vnd ſeine Apoſtel/ wie kommen wir denn dazu / daß wir ſtill ſollen halten / vnd ſchweigen / wo der Pabſt / oder die ſeinen / Teuffliſche Wort oder Werck fürnehmen? Solten wir vmbs Menſchen willen / Göttlich Gebott vnd Warheit laſſen niederliegen / der wir in der Tauff geſchwohren haben beyzuſtehen/ mit Leib vnd Leben / fürwar wir weren ſchuldig / die dardurch verlaſſen vnd verführet werden. Et T. 1. Jen. Lat. f. 312. ita antagoniſtam ſuum urget: *Quid hoc? annon eſt à Deo dictum, quod Petrus & Paulus dixerunt: ſubditi eſtote? Non eſt Sacerdotibus dictum, non eſt omnibus dictum, quando Paulus dicit: Omnis anima?* Sententiâ igitur Lutheri, non majoris facienda eſt Clericorum immunitas, quam aliorum Chriſtianorum; neque illi minus tenentur obedire Magiſtratui, quam qui in ſeculari ſtatu , quem vocant, degunt. Auctoritatem ſcripturæ hoc fine allegat ex Rom. XIII. præmiſſâ ratione, quæ docet, tam eſſe Chriſtianum aliquem ruſticum, quam Clericum, ut ſub ea ratione tam ſit hic magni faciendus, quam iſte. Confer A. C. abuſ. p. 38. ſeqq. Luth. t. 11. Jen. Germ. f. 419. VIII. f. 216. At obſtat jus canonicum? Reſp. Luth. t. 1. f. 290. Was Geiſtlich Recht dawider geſagt hat / iſt lauter erdichtet Römiſch vermeſſenheit/ denn alſo ſagt St. Paulus allen Chriſten: Ein jegliche Seele (ich halte deß Pabſts auch) ſoll vnterthan ſein der Obrigkeit.

§. XVIII. (3.) Probat judicium Magiſtratus, quod attinet doctrinam ſive bonam ſive malam, adeoque & doctores ſive bonos ſive malos, Tom. V. Jen. Germ. f. 155. Comm. in Pſal. 82. ventilat quæſtionem: Ob die Obrigkeit falſcher Lehr vnd Kätzerey wehren ſolle? Affirmat. ſed adhibitis quibuſdã diſtinctionibus, oportet igitur Magiſtratum prius cognoſcere, vera an falſa iſta doctrina ſit, quam pœnam decernat: Tom. V. Jen. Germ. f. 291. diſputat, adverſus monopolium Pontificis, ſibi ſoli jus in ſcriptura vindicantis,

cantis, & oſtendit, quod omnes Chriſtiani ſimus Sacerdotes. Wie ſolten wir dann auch nicht haben macht zu ſchmecken / vnd vrtheilen / was da recht oder vnrecht im Glauben were / wo bleibet das Wort Pauli 1. Corinth. 2. Ein geiſtlicher Menſch richtet alle ding / vnd wird von niemand gerichtet / adeoque & Magiſtratus habet poteſtatem judicandi de vero & falſo juxta ſcripturas.

§. XIX. (4.) Affirmat, Magiſtratui licere Pontificem malè ſuo officio fungentem corripere, & in judicium vocare. Improbat igitur ante omnia illam Pontificis ἀσυλίαν, quam ſibi arrogat, diſt. 40. cap. 6. Das muß der Hauptteuffel ſelbſt geſaget haben / daß im Geiſtlichen Recht (ſi Papa) ſtehet / wenn der Pabſt ſo ſchädlich böß wer / daß er gleich die Seelen mit groſſen hauffen zum Teuffel führet / könt man jhn dennoch nicht abſetzen. Auff dieſen verfluchten / teuffeliſchen grund beweiſen ſie zu Rom / vnd meinen / man ſoll ehe alle Welt zum Teuffel laſſen fahren / dann jhrer Buberey widerſtreben / wenn es genug were daran / daß einer vber den andern iſt / darumb er nicht zu ſtraffen ſey / muſt kein Geiſt den andern ſtraffen. Sintemahlen Chriſtus gebeut / ein jeglicher ſoll ſich für den vnterſten vnd geringſten halten. Tom. 1. Jen. Germ. f. 292. ex Matth. XVIII. 15. & explicat: Hie wird befohlen einem jeglichen Glied für das ander zu ſorgen / wie viel mehr ſollen wir dazu thun / wo ein gemein regierend Glied vbel handelt / welches durch ſeinen handel viel Schaden vnd Ergernuß gibt den andern / ſoll ich jhn denn verklagen für der Gemeine / ſo muß ich ſie ja zuſammen bringen.

§. XX. (5.) Affirmat, jus convocandi concilia & præſidendi eſſe penes Magiſtratum Politicum. Tom. 1. Jen. Germ. f. 292. Wo es die noth fordert / vnd der Pabſt ärgerlich der Chriſtenheit iſt / ſoll dazu thun wer am erſten kan / als ein trew Glied deß gantzen Cörpers / daß ein recht frey Concilium werde / welches niemand ſo wohl vermag / als das Weltlich Schwerdt / ſonderlich dieweil ſie auch Mitchriſten ſeind / Mitbrüder / Mitgeiſtlich / Mitmächtig in allen dingen / vnd ſollen jhr Ampt vnd Werck / daß ſie von GOtt haben / vber jederman laſſen frey gehen / wo es noth vnd nutz iſt zugehen. Nec obſtat quod Papa ſibi id juris aſſerat, & negantes fulmine ſuo feriat: dañ es hat niemand gewalt in der Chriſtenheit Schaden zuthun / oder Schaden zu wehren / verbieten. Es iſt kein Gewalt in der Kirchen / denn



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-43316-p0029-0

denn zur Beſſerung / darumb wo ſich der Pabſt wolte der Gewalt brauchen zu wehren ein frey Concilium zu machen / damit verhindert würde die beſſerung der Kirchen / ſo ſollen wir jhn vnd ſeine Gewalt nicht anſehen / vnd wo er Bannen vnd Donnern würde / ſolte man das verachten / als eines tollen Menſchen fürnehmen / vnd jhn in GOttes Zuverſicht wiederumb bannen / vnd ſtreiben / wie man mag / denn ſolch ſeine vermeſſene Gewalt iſt nichts / er hat ſie auch nicht / vnd wird bald mit einem Spruch der Schrifft niedergelegt / denn Paulus 2. Corinth. 10. ſagt / GOtt hat vns gewalt gegeben nicht zu verderben / ſondern zu beſſeren die Chriſtenheit. Wer will aber dieſen Spruch vberhupffen? deß Teuffels vnd Endechriſts gewalt iſts / die da wehret / was zur beſſerung dienet der Chriſtenheit / darumb jhr gar nicht zu folgen / ſondern widerzuſtehen iſt / mit Leib / Gut / vnd allem was wir vermögen. Vnd wo gleich ein Wunderzeichen für dem Pabſt wider die Weltliche Gewalt geſchehe / oder jemand eine Plage widerführe / wie etlichmahlen ſie rühmen / geſchehen ſeye / ſo ſoll man daſſelbe nicht anders achten / denn als es durch den Teuffel geſchehe vmb vnſers Glaubens zu GOtt zubrechen.

§. XXI. (6.) Affirmat ad Concilium poſſe appellari à Papa. Nam t. 1. Jen Germ. f. 351. habetur Lutheri à Papa appellatio ad Concilium & incipit his verbis: Nach dem das Göttlich / natürlich vnd menſchlich Recht / zu Troſt vnd Schutz den Vnterdruckten / erfunden vnd eingeſetzt hat / die appellation oder beruffung von dem vntern zum obern / vnd kein vnterer Gewalt hat dieſelb zu wehren / oder den obern die Hände zu binden; auch offenbahr iſt / wie ein Chriſtlich gemein Concilium, ſonderlich in Sachen / welche den Chriſtlichen Glauben betreffen / über den Pabſt iſt / vnd er von jhm an daſſelb zu appelliren, kein gewalt hat zu wehren / ob wohl Julius II. vnd Pius II. (de quibusvis §. 14.) mit jhren frevlen / tollen Geſätzen / ſich deſſelben vergebens vnterwunden haben / ſo ſage ich Martinus Luther genannt / Auguſtiner / Doctor der heyligen Schrifft zu Wittenberg / ꝛc. für euch / Herr Notarie, als für einer öffentlichen glaubwürdigen Perſohnen / neben dieſem gegenwärtigem Zeugen / willens vnd fürnehmens / zu appelliren vnd beruffen ꝛc. Et pluribus interjectis pergit: Derohalben appellire, vnd beruff ich mich mit dieſer Schrifft / auff ein zukünfftig / Chriſtlich / frey Concilium

für

für mich vnd für alle die mir anhangen / vnd zukünfftig anhangen wollen / von dem obgenannten allerheyligſten Pabſt Leo, dieſer Sach nicht wohl bedacht oder zuſtändigen ꝛc. Habes doctrinam Lutheri, quod à Papa Concilium poſſit appellari, judicium de contraria Pontificiorum ſententia, & exemplum ſuimet, qui à Papa ad Concilium provocavit.

§. XXII. Vidimus hactenus, quomodo ſententia Pontificiorum derogarit Magiſtratus Politici dignitati, dum ſeſe Spirituales, iſtum ſecularem dixerunt; auctoritati, quam dicebant à ſeſe pendere; poteſtati dum ſeſe ſuasque res & ſacra ipſius jurisdictioni ſubtraxerunt. Reſtat ut notemus, quomodo iidem derogarint etiam *utilitati*, ſive viros, ſive vires Rerumpubl. nervos, conſideres. Nam (1.) doctrina de ſtatu & meritis Eccleſiaſticorum, imprimis Monachorum, & Monialium, ordinumque analogorum Rebuspublicis multos & præſtantiſſimos viros eripuit, qui ſive toga, ſive ſago illuſtres evaſiſſent, niſi intra privatos clauſtrorum parietes contabuiſſent. Doctrina Pontificiorum de ſtatu Eccleſiaſtico & Monaſtico nota eſt, nempe in genere loquendo, *quod religioſi ſint in ſtatu perfectionis*, ut paucis Thomæ Aquinatis verbis. 2. q. 184. multa complectar: Abſolvitur ipſe ſtatus tribus votis, caſtitatis, paupertatis & cæcæ obedientiæ. Jllud prohibet nuptias, iſtud proprietatem bonorum, hoc arbitrium proprium & libertatem. Dum igitur prohibet legitimum multiplicandi generis humani medium, hoc ipſo vetat Rempublicam civibus impleri & corroborari. Dum bonorum propriorum poſſeſſiones, hoc ipſo rerum gerendarum nervum, pecuniam ex tributis præcidit; Cum cæcam ſuis ſuperioribus obedientiam voverunt, hoc ipſo à debita Magiſtratus reverentia ſeſe ſubtraxerunt, auſuri in ipſum, quicquid juſſi eſſent perpetrare. Apologia A. C. p. m. 210. judicium fert de hac materia: *Monachi multas pernicioſas opiniones ſparſerunt in Eccleſiam, vocaverunt politiam Evangelicam, communionem rerum, dicebant eſſe conſilia, non tenere proprium, non ulciſci. Hæ opiniones valde obſcurant Evangelium, & regnum Spirituale, & ſunt periculoſæ Rebuspubl.* Hæc Apologia & pag. 216. *Conſtat, multos, deſerta adminiſtratione Reipublicæ, deſerto conjugio, illas* (monaſticas & humanas) *obſervationes amplexos eſſe, tanquam meliores & ſanctiores.* Quæ conformia ſunt ipſi

ipſi. A. C. Nam in abuſu & diſcrimine ciborum ita loquitur: *Hæ obſervationes erant in poſſeßione honeſtißimi tituli, quod eſſent vita Spiritualis & vita perfecta. Interim mandata Dei juxta vocationem nullam laudem habebant, quod Paterfamilias educabat ſobolem, quod mater pariebat, quod Princeps regebat Rempubl. Hæc putabantur eſſe opera mundana & imperfecta, & longe deteriora illis ſplendidis obſervationibus, puta, certarum feriarum, rituum, jejuniorum, veſtitus.* Quisquis igitur ad perfectionem, ut omnes debemus, contendere volebat, à civilibus ſeſe abſtinebat, & Spiritualium, ut vocabant, ordini inſerebat ſpreta œconomia & republica.

§. XXIII. (2.) Rempublicam Chriſtianam ſpecioſis & infinitis artibus emunxere Pontifices pecunia & opibus aliis. Potiores notabimus: Nam omnes recenſere in viribus noſtris non eſt. Ut autem diſtinctè procedamus, diſtribuamus in certas claſſes. *Quarum I. continet eas artes, quæ concernunt omnes Chriſtianos,* præcipuè autem Laicos, quales ſunt indulgentiæ, & piæ cauſſæ. *Indulgentia* erogat indigentibus merita ſupererogationis, & propter ea remiſſionem peccatorum, vel certè pœnarum cum æternarum, tum temporalium, peccatis ſive ex divina, ſive ex humana lege debitarum. Ita tamen ut ea remiſſio redimatur pecunia numerata, quam Pontifex recipiat ad ſeſe, & ad Eccleſiæ ſcilicet utilitatem impendat. Hæc autem indulgentia & abſolutio eſt vel communis, vel propria; Pontifice ſibi quosdam gradus, caſus, peccata reſervante, in quibus jus ipſe dicat, & pecuniam pro beneficio debitam decernat. Conqueritur de hoc pecuniæ aucupio Natio Germanica in gravaminibus ſuis §. 19. Nam refert de caſibus à Pontifice, vel Epiſcopis ſibi eo fine ſervatis, ut abſolvendus pecuniam prius numeret, quam abſolvatur. Addit de diſpenſationibus non niſi paratis nummis fieri ſolitis, ut & de futuris, quæ dato pretio redimi queant, §. 22. progreditur ad literas indulgentiales, quas Pontifex quotidie magno numero in Germaniam mittit, vel certè concedit quibuſdam quaſi publicanis, qui pro arbitrio ſimplici vulgo carius eaſdem divendunt. *Pias cauſſas* voco eleemoſynas, eo fine datas, ut animæ tuæ ſint remedium, in *purgatorio* quondam quidem futuræ, ſed miſſis & meritis ſanctorum liberandæ: Hoc hamo plerasque mundi opes Pontifex & clerus Roma-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-43316-p0032-3

nus ſuas quondam fecit. Quorſum referri poſſunt ordines mendicantes, & alii, ſiquidem perſuaſerunt credulis, ſi acceperint ipſi eleemoſynas, fore, ut preces, & merita operum ſuorum cedant in ſalutem dantium, ſin recuſaverint dare, Deum, & ſanctos, quibus ſervirent mendicantes, iraſci tenacibus, ut ex purgatorio ſerius redimantur. Urget natio noſtra in ſuis gravaminibus hoc quoque Nam §. 23. & 42. conqueritur de Stationariis Antonii Valentini, aliorum fictitiorum ſanctorum, ut miſeris, præſertim ruſticis, & vulgo graves fuerint mendicantes, hominibus etiam pauperculis, & vix domi habentibus, unde uxores cum filiolis ſuſtentarent. Alios autem, ut Benedictinos, Bernhardinos, Præmonſtratenſes illis ditiores emiſſe ſibi fundos Laicorum, vel emancipaſſe ſervitiis ſacris, ut Magiſtratus poſthac ſolitis vectigalibus, tributis, & penſionibus carere fuerit coactus. §. 70. Alios eſſe hæredipetas, & ad ſeſe trahere hæreditates morientium, viduis & orphanis interea non habentibus, unde ſuſtententur §. 71. Alios Romam evocaſſe, ut cauſſæ in iſto foro profuſis ſumptibus agerentur §. 70. vel certe' Laicos ad Eccleſiaſtica, i. e. incompetentia fora pertraxiſſe §. 73. ſeqq. II. *Continet eas artes, quæ premebant Eccleſiæ miniſtros*, ut ſunt *Pallia*. Sunt autem pallia Archiepiſcoporum & Metropolitanorum inſignia, ex lino & lana facta, quibus inter ſacra utuntur. Diverſimodè ea conſtant, magni tamen omnia: Meintzerbiſtumb hat bey Menſchen gedencken faſt acht Biſchoff Mäntel auß Rom kaufft/der ein jeglicher 30000. fl. geſtehet / ich geſchweig die andern vnzehlich Biſtumb / Prælaturen/ vnd Lehen / verba ſunt Lutheri t. 1. Jen. Germ. f. 264. *Annatæ* autem ſunt annui reditus, quos recens electus Archiepiſcopus, ſive Epiſcopus primo officii anno cedit Pontifici, ita, ut excidat functione, ſi ultra deſtinatum terminum ſolvere diſtulerit. Audiamus quid Nicolao V. placuerit de hoc reti aureo: *placet ſimiliter nobis, quod circa proviſionem dictæ ſedis ordinandam, modus Annatarum hoc modo currat: de Eccleſiis Cathedralibus omnibus, & Monaſteriis Virorum duntaxat vacantibus & vacaturis ſolvantur de fructibus primi anni à die vacationis ſummæ pecuniarum in camera Apoſtolica taxatæ, quæ communia ſervitia nuncupantur.* Hæc ille t. 1. Bull. §. 5. Conſtit. Pœnam dilationis dictitat Innocentius Octavus Conſt. III. §. 1. poſt Pium II. *Quod omnes, qui de cætero pro annatis quorumcunq;*

*beneſi-*

*beneficiorum in dicta Camera ſe obligarent, ſi intra eis præfixos terminos dictæ cameræ, aut collectoribus fructuum & proventuum ejus in partibus exiſtentibus, ſatisfacere deficerent, ipſo facto, lapſo termino, non ſolum in ſententiam excommunicationis inciderent, ſed etiam beneficijs ſuis, pro quibus ſe in dicta camera obligaſſent omnino privati forent.* Repetiere decretum Sixtus V. §. 33. Julius III. §. 20. Paulus IV. conſtit. II. §. 2. Fundamentum exactionis eſt, quod auctoritate Apoſtolica aſſequuti fuerint ſuas ſtationes, ut ſentit Innocentius VIII. in Bulla citata. Summa annatarum non cenſetur infra 24. ducatos, ſanciente Clemente VIII. conſt. 33. §. 1. unde facile conjicimus, quam immanis ſumma in crumenam Papalem exinde confluat. III. habet artes quæ propius Magiſtratum Politicum expilant: ut ſunt reditus ex iis terris, quæ. B. Petro donatæ creduntur, in quibus olim erat Anglia: Auß welchem gantzen Königreich der Pabſt jährlich genommen den Peterspfeñing (ſo neñet mans) von einem jeglichen Haupt/ welches ein vnglaublich Gelt getragen. Deñ der Peterspfennig iſt bey vns ein halber Batzen oder Mercker. Daß ich von einem Engelländer mit warheit mir habe ſagen laſſen / der Pabſt habe auß Engelland Jährlich neun tonnen Golds gehabt. Etliche ſagen wol mehr/ ſparlich die Gribe magt Conſtantinus Erben zu Rom den Kol fett machen Luther. t. VI. Jen. Germ. f. 490. Prætextus hujus exactionis erat dominium pontificis in Angliam, ut Lutherus paulo ante docet: Er hats dahin bracht/ daß er ſich ſchreibet vnd rühmet / deß Königreichs zu Engelland Erbherr vnd Lehenherr. Solche Schrifft habe ich mit meinen Augen geſehen/ die der froñe Mann (Gott vergebe mirs) Petrus Paulus Vergerius herauß brachte an den Römiſchen König Ferdinand/ vnd andere teutſche Fürſten / ſie wider den König zu Engelland zu hetzen. Vnd zum Warzeichen hat er jährlich auß dem gantzen Königreich genoñen den Peterspfenning. Igitur dato uno abſurdo ſequuntur infinita. Quia Pontifex docet, ſe inſtituente Magiſtratū imperare, & Clerum docere, vel præbendas poſſidere, ideo exinde deducit, ergo Magiſtratus & Clerus mihi debent ſuos reditus, vel certè ipſorum partem. Sed deſino recenſere artes, qui plures velit, pervolvat vel ſolum bullarium Romanum; aut, ſi hoc prolixius eſt, unicam Lutheri exhortarionem an den Chriſtlichen Adel Teutſcher Nation t. I. Jen. Germ. f. 293. ſeqq. Aut gravamina nationis Germanicæ in Comitiis exhibita.

§. XXIV.

§. 24. Hactenus derogatum dignitati, auctoritati, poteſtati & utilitati, Magiſtratus politici, per hypotheſes & mores pontificum & pontificiorum. Cogitandum igitur jam eſt de *remediis*, quæ incommoda iſta, injurias, & expilationes tollant. Hinc enim apparebit, quam faciat ad ſalutem etiam publicam & politicam, tenere orthodoxam doctrinam, & habere miniſterium veræ doctrinæ addictum. Varia quondam tentata fuere remedia compeſcendæ tyrannidis papalis, cum molliora, tum ſeveriora, ſed omnia fruſtra, deficiente, quod potiſſimum erat, ſana doctrina, quæ fidem in conſcientiis ſalutarem generaret, dubia eximeret, & falſa adverſariorum dogmata refutaret. Inter molliora refero (1.) ſcripta, quæ pontificibus opponebantur, in faſciculum ferè collecta à Simone Schardio Doctore JCto Baſileenſi; Titulus libri eſt: *de juriſdictione, auctoritate & præeminentia imperiali, ac poteſtate Eccleſiaſtica, deque juribus regni & imperii variorum auctorum, qui ante hæc* (Lutheri &c.) *tempora vixerunt, ſcripta &c.* Verſa pagina exhibet nomina ſcriptorum, nempe cujuſdam ἀνωνύμου, Leodienſium adverſus Paſchalem II. pro Henrico IV. Johannis de Pariſiis de poteſtate Regia, & Papali, Marſilii Patavini de translatione imperii; Dantis Aligerii de Monarchia, Jordani Chronica, Æneæ Sylvii de ortu & auctoritate imperii Romani, Lupoldi de Babenberg de jure regni & imperii, ejuſdem de Zelo Chriſtianæ Religionis Veterum Principum Germanorum; Nicolai Caſani de concordia Catholica; ἀνωνύμου diſputationē inter militem & Clericum ſuper poteſtate ſecularibus in clericos permiſſa, Franciſci Zabarellæ de ſchiſmatibus auctoritate imperatoris tollendis; Walthaini Epiſcopi Naumburgenſis de inveſtitura Epiſcoporum per imperatores facienda. Michaëlis Coccinii, Tubingenſis de imperii translatione à Græcis ad Germanos, Laurentii Vallæ de falſa donatione Conſtantini. Theodorici à Niem de jure inveſtituræ. Hæc in faſciculo exhibentur, præter opera prolixiora, quæ extant in eadem materia Guilielmi Occami, Marſilii Ficini ſomnium viridarii, Antonii Roſelli &c. quæ recenſere ſupervacaneum eſt, cum ex eodem fonte fluxerint, & ad eundem ſcopum, quo priora, contendant, ut idem de omnibus judicium ferri poſſit, (2.) *obſequia*, quibus benevolentiam Romani præſulis ſibi conciliare allaborabant etiam ſummi Principes. Henricus IV. Romam ivit, & ſtupenda patientia

tia gratiam Hildebrandi ambivit: Fridericus II. Innocentio perpetuum in Palæſtina militem adverſus Saracenos obtulit, ſi Conradum filium ſuum crearet Imperatorem; Alii alia fecere, ſua quoque Majeſtate indigna; neque tamen impetrarunt, quem volebant, Pontificis favorem. (3.) *Concilia*, cum Johannes XXIV. Gregorius & Benedictus inter ſeſe contenderent de Pontificatu, Sigismundi Imperatoris juſſu convocatum eſt Concilium Conſtantienſe, & in eo quidem decretum factum: *Concilium generale legitime congregatum, ſtatim habere à Chriſto poteſtatem, pontifices Concilio ſubjacere.* Hoc videbatur remedium præſentiſſimum adverſus inſolentiam Pontificum. Etiam in Baſileenſi Concilio obſervata eſt praxis adverſus Eugenium IV. ſed & hic obex paulo poſt ab ipſo Eugenio & ſucceſſoribus eſt remotus, reſtituta Pontifici ſuper Concilia auctoritate, imprimis per Julium II. & Leonem X. adverſus Concilium Piſanum.

§. 25. Ecquid autem cauſſa fuit, quod hiſce mediis & remediis nihil effecerint adverſus tyrannidem papalem? Dicam quod res eſt Deerat omnium rerum bene agendarum principium, ſana doctrina, ex S. literis hauſta, qua veram fidem generaret, conſcientiam confirmaret, ab erroribus ſuis, & vano metu liberaret, & contra animaret in conculcatores iſtos ſupremæ Majeſtatis. Habebant Pontifices ſuas rationes, quas pro ſeſe allegabant, quibus ſtantibus fruſtra erat, quidquid aſſertores Magiſtratus obtendebant, Lutherus vocat muros, quos circa ſeſe duxiſſent, Die Romaniſten haben drey Mauren mit groſer behendigkeit vmb ſich gezogen/ damit ſie ſich bißher beſchützt/ daß ſie niemand hat mögen reformiren, dardurch die gantze Chriſtenheit grewlich gefallen iſt. Zum erſten wann man hat auff ſie gedrungem/ mit Weltlicher gewalt/ haben ſie geſetzt vnd geſaget/ Weltliche gewalt habe nicht recht vber ſie/ ſondern wiederumb/ Geiſtliche ſey vber die Weltliche. Zum andern/ hat man ſie wollen mit der heiligen Schrifft ſtraffen/ ſetzen ſie dagegen/ es gebühre die Schrifft niemand außzulegen/ denn dem Pabſt. Zum dritten/ drewet man jhnen mit einem Concilio, ſo erdichten ſie/ es möge niemand ein Concilium beruffen/ denn der Pabſt tom. 1. Jen. Germ. f. 289. Sive igitur Magiſtratus Politicus auctoritatem ſuam allegaret adverſus Pontificem, eludebatur contraria pontificis eminentia, eaque Majore; ſive Epiſcopi in concilio congregati

in or-

in ordinem redigere vellent Papam, inſurgebat iſte ex adverſo, & tradebat, ſubjectos ſibi eſſe Epiſcopos, adeoque ineptos, qui de ſeſe judicaret, Exemplum habes in Concilio Baſileenſi, & ante hoc in Conſtantienſi. Neque enim Pontifex ipſorum citationibus|& judiciis ſeſe ſubjicere voluit; ſed potius congregatos in ipſis excommunicavit, donec ſecum reconciliarentur. Idem factum à Julio II. adverſus patres Piſanos, confirmante decretum Leone X. ſucceſſore. Atque hanc ſuam ſententiam & praxin probare ſatagebant ex auctoritate Scripturæ, quam allegabant pro infallibilitate, immunitate, eminentia ſua & poteſtate ἀνυπευθύνῳ in rebus ſacris & ſecularibus: Frequentiſſimum in ore & ſcriptis erat quod extat Jer. 1. 10. de Propheta poſito ſuper gentes & regna ſive plantanda, ſive extirpanda: Quod Matth. XVI. 18. 19. extat de Petro, Eccleſiæ petra invicta, deque clavibus ligante & ſolvente, omnia etiam politica, datis eidem; Quod Luc. XXII. 32. promittitur petro, nempe conſtantia fidei nunquam defuturæ. Quod Joh. XXI. 15. Petro dictum, paſce oves meas. Hæc dicta Pontifices explicabant, quod Petro, & Petri ſucceſſoribus Chriſti Vicariis, conceſſa eſſet poteſtas infinita cum in ſacris, tum in ſecularibus rebus, Eccleſiæ gubernandæ, adeoque in conſtituendo vel removendo Miniſterio, & Magiſtratu, præſcribendis legibus utrique ordini, irrogandis pœnis. ſi quis adverſus leges iſtas ſibi preſcriptas peccaſſet ligandis peccatis ſi qui reſipiſcere ad nutum pontificis nollent: Et vel tradendis immorigeris Magiſtratui, ſi inferiores, ſin ipſe Magiſtratus, dejiciendis de ſuis ditionibus, ſubditis à juramento fidelitatis & ſubjectioni abſolutis. Has illi conſequentias deducebant ex illo unico principio: Pontifex eſt vicarius Chriſti & ſucceſſor Petri Oecumenicus. Subjungebant hiſtoriam Eccleſiaſticam, allegantes decreta Pontificum & Conciliorum & ſuffragia patrum, praxin Eccleſiæ perpetua ſerie continuatam; Fovebant eruditos viros, qui ſcriptis & Colloquiis eminentiam papalem aſſererent & defenderent, Opponebant quidem Imperatores & Magiſtratus alii & ipſorum addicti, pauci tamen ex ordine ſacro, ſuas quoque rationes, partim ex S. literis depromtas, ut Matth. XXII. 21. Date Cæſari, quæ ſunt Cæſaris. Rom. XIII. 1. Omnis anima poteſtatibus &c. 1. Petr. II. v. 13. ſubjecti eſtote &c. partim ex decretis Veterum imperatorum collectas; ſed irrito conatu. Autenim contra-

rias pontificum non ſimul refutabant; ſcrupuli igitur conſcientiis non eximebantur; aut mere legalia urgebant, quæ ipſa quoque fidem nullam generabant. Wuſten nichts mehr zu ſchreyen / man ſolle froñ ſein / wenn ſie auffs beſte lehren / vnd machen nur eine juriſtiſche Predigt auß weltlichem Recht / wider Keyſer vnd ſeine gelehrte Predigen / aber woher das Hertze rein wird / da haben ſie nichts nie von geſchmeckt noch gedacht / wie mans auß GOttes Wort führen auff allerley Stände vnd Weſen. Lutheri verba ſunt. t. 2. Jen. Germ. f. 190. Aut certe gratiam & efficaciam divinitus non habuerunt, ut penetrarent ipſorum ſcripta: Summa es ſein allezeit gelehrte / weiße Leuthe gnug geweſt / wie die Hiſtorien zeugen / beyde in Weltlichen vnd Geiſtlichen Ständen / ſonderlich die deß Pabſts Schalckheit vnd Tyranney wohl gemerckt / vnd dawider gered vnd gethan haben / aber deß Pabſts Stündlein iſt nicht da geweßt / darumb haben ſie nichts geſchafft. Iterum ſunt Lutheri verba, t. VI. Jen. Germ. fol. 492.

§. 26. *Severiora* igitur remedia adhibebantur, nempe bella, quæ pontificibus & pontificum defenſoribus inferebant imperatores. Agmen ducat *Henricus IV.* Cum enim videret ſeſe incredibili ſua patientia, & humilitate apud Pontificem Gregorium nihil profeciſſe; Nam dubia mente dimiſſus eſt, & in gratiam pontificis nonnullos imperium ad ſeſe rapere, bellum reſtauravit, inteſtinos hoſtes proſtravit, copias in Italiam duxit, Romam obſedit, intercepit, Gregorio ad Normannos elapſo novum pontificem creavit, interea moriebatur Gregorius VII. ſucceſſores autem Urbanus II. & Paſchalis II. non erant mitiores. Nam fulmina renovabant, & ſic quidem eo rem deduxit, ut parente depoſito filius *Henricus V.* rerum potiretur; ſed & hic expertus eſt pontificem ambitioſum. Nam jus inveſtituræ ad ſeſe rapere parabat. Hinc collecto exercitu in Italiam ivit imperator, ut pontificem in ordinem redigeret, ſimulavit quidem Papa ceſſionem, ſed ſimulavit. Nec enim promiſſis ſtetit. Hinc iratus Cæſar copias admovet urbi, & pontificem compeſcit. Reverſus autem in Germaniam fulmine papali percutitur eapropter, & Saxones experitur infeſtos. Hinc iterum in Italiam militem intulit, ut reſiſteret perfido Pontifici, ſed crabrones irritabat, & coactus eſt, tandem à Calliſto II. inveſtituram pontificibus concedere, jure hactenus ab Imperato-

